



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XIII. de Torneamentis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

5. *Qua est pœna homicidii?*

Jure Civili ex L. Corn. de sicariis homicidii voluntarii est in insulam.

*l. 3. §. pen. tatio, bonorumque omnium ademptio.*  
*D. Ad L. sed solet hodie, inquit I. C. capite p.*  
*Corn. de ri, nisi honestiore loco positi fuerint.*  
*ficar. l. 16. re Pontificio pœna est excommunicatio*  
*b. t. & depositio ab Ordinibus omnibus.*

Clericus fit & post depositionem detinetur in carcerem ad certum tempus. Insuper privatio beneficiorum non quidem jure, sed per sententiam.

*e. 6. in fine b. t. Fe-*  
*lin. & Dd.*  
*ino. Inquisitionis*  
*sup. De*  
*accus. c. 9.*  
*13. & aliis.*  
*b. tit. c. 7.*  
*& 8. eod.*

Homicidium casuale citra culpam commissum, ut jure civili, ita & Canonico, est extra pœnam. Cum culpa commissum jure quidem civili punitur, sed mitius; at Pontificium notat Clericum irregularitate, quod est impedimentum Canonicum ex facto, vel defectu aliquo proveniens, quo quis prohibetur sacros Ordines suscipere aut ministrare in susceptis.

TIT. XIII.

De Torneamentis.

Ad tractatum de Homicidio spectat Tit. de Torneamentis, id est, ludis filibus & equestribus, quia tales quandoque causam dant homicidii unde merito sacri Canones eos detestantur.

*Quæ dicuntur Torneamenta, & quæ cau-  
se prohibitionis?*

Unt nundinæ vel feriæ, in quibus mili-  
tes ex conducto convenire, & ad osten-  
tationem virium suarum & audaciæ, te-  
mere congregari solent. Quæ ideo prohi-  
bita jure Pontificio, quod ex hujusmodi  
congressibus frequentes cædes hominum  
& animarum pericula provenirent. Quæ  
tamen prohibitio hodie non habet locum  
in iis ludis hastilibus, qui exhiberi solent  
in inauguratione, nativitate vel adventu  
alicujus Principis, cum iis non subsit tan-  
tum periculi.

*c. 1. & ibi  
Abbas. b.  
t. Navar.  
in Man. c.  
15. n. 18. d.  
t. 1. d. c. 1.*

*Quæ pœna imposita est iis, qui animo lu-  
dendi ad torneamen-  
ta, vel idem docebunt?*

*Navar. d.  
c. 15. n. 9.*

Jure quidem civili, si vel in lucta vel in  
pugillatu alius alium occiderit, is nulli  
pœnæ subicitur; quia eo jure certare ha-  
bit, luctari, pugnare, virtutis causa, im-  
pune permittitur. At jure Pont. qui ali-  
um in torneamentis interfecerit, reus est  
homicidii; & quia operam dedit rei illi-  
citæ sit irregularis. Interfecto autem Ec-  
clesiastica denegatur sepultura, si animo  
ludendi ac pugnandi accesserit ad tornea-  
menta, non si alia de causa.

*l. Quæ a-  
ctione 7. §.  
4. D. Ad l.  
Aquil.*

*c. 1. b. t.  
c. 2. eod.*